Standa

1. Ecclesia celebrat pro primo instanti B. V. i. ex officio de Concep. in quo apertissime exprimitur praeservatio a peccato originali 2°. ex Bulla Sixti 4.ti in qua dicitur quod quidam non erubuerunt etc. nempe dicere contrarium ei quod celebrabat Ecclesia*. 3. quoniam alioqui non esset diversitas opinionum nec opus fuisset Apostolicis constitutionibus ac prohibitionibus. 4° ex decreto ultimo Pauli V.ti constat non posse de hac re ullo modo dubitari cum prohibeatur publice negans opinio ubi quod B. V. non sit preservata et affirmans permittatur faciendo expressam mentionem utriusq. opinionis. Quod nihil aliud est quam declarare hunc esse sensum Ecclesiae celebrantis Conceptionem immaculatam nempe pro p.° instanti

*in hereticus etc. ... concedit de ... opusc.

2. Ecclesia non celebrat festum nisi de Sanctitate certa ut adversarij ipsi concedunt, et S. Thomas dum ex festo Nativitatis B. V. argumentatur esse natam Sanctam et in utero sanctificatam; denique quoniam id ratione evidenti probatur ex absurdis multis quae ex contrario sequerentur et ab ipsismet adversarijs afferuntur.

3. Ex his necessario infertur Sanctitatem conceptionis B. V. pro p.° instanti esse omnino certam formando sic argumentum. Sanctitas quam celebrat Ecc.a est omnino certa sed Ecc.a celebrat Sanctitatem Conceptionis B. V. pro p.° instanti ergo Sanctitas Conceptionis B. V. pro p.° instanti est omnino certa.

4. Ex dictis inferuntur alia duo. Ecclesiam non posse errare dum celebrat Sanctitatem Conceptionis pro p.° instanti, et consequenter non posse mutari quoniam quod semel celebravit ut Sanctum semper tale fuit ut docet B. Bonavent. et passim alij, ratioq. ipsa convincit. sequeretur enim alioqui aliquando errasse. certum vero omnino est Ecc.am in Canonizatione Sanctorum non posse errare qualis est celebratio festi quae nihil aliud est quam canonizatio

5. Cum ergo sensus Ecclesiae sit supradictus, nimirum celebrare festum Conceptionis immaculatae pro p.° instanti sequitur contrariam opinionem nunquam posse recipi et definiri ne censeatur hactenus Ecc.a errasse et quod nihil aliud superest ut occurratur scandalis quae in dies crescunt, nisi ut tollatur permissio ne amplius liceat illam opinionem ullo modo etiam privatim sequi, sed declarando magis expresse quod Ecc.a dicto modo celebrat illud festum praecipere ut omnes etiam ita celebrent et sub nomine Conceptionis, et definire hoc mysterium esse de fide.

UNIVERSITARIA

6\. Ad hoc decernendum maximè mouere debet quia qui contrarium sentiunt uel id fa[ciunt]
quia ipsis placet uel quia persuadent sibi aliam quæ nunc est omnium aliorum
scripturas, et Patres, et rationes uel quia putant esse impossibilem preseruationem
ne Thomistico hac in parte cueantur. Prima causa nullius momenti est, cum
ratione moueri oporteat non sola uoluntate et est maxima irreuerentia gra[uis]
omnibus alijs. 2.a et 3.a non carent temeritate magnumq. preiudicium faciu[nt]
Pontificibus, et omnibus alijs absque numero multo pluribus nec doctrin[a]
quam recipiant, approbent, celebrent id quod sit contra scripturas Patres ratio[nes]
sit impossibile, quod ipsum cedit in Dei iniuriam cum probari non possit ess[e]
non est etiam tanti facienda tum quia deseritur ab omnibus S. Thomas in no[...]
tum quia ipsemet docet ritum Ecclesiæ pluris faciendum circa pueros infi[delium]
parentibus non baptizandos quàm auctoritatem Hieronimi Augustini et cuiusq[ue]
Doctoris tum quia satis multi Dominicani sentiunt cum comuni opinione, t[um]
quia non decet hoc sibi arrogare ut plus sapere uideantur quam reliqui om[nes]
minimes docti qui norunt ponderare argumenta contraria

opusc. de concep. c. q. ult.o 7. Presumi merito potest de errore aduersariorum in intellectu. 1.o quoniam Caiet.
S. Thomas uiueret non magis mutaret sntiam quam xpus hic etiam uiuens
gelium suum. 2.o quia multi ipsorum docent Papam posse errare in Canoni[zatione]
et per consequens in celebratione festorum

= 8\. Cum in modo dicto possit esse periculum fidei quemadmodum propter periculu[m]
deret xpm non esse totum sacramentaliter in utraq. specie panis et uini Ecc.a
prohibuit laicis usum Calicis quem Boemij uolebant. etiam si aliogui res
idest usus utriusq., non sit malus, ita potiore Iure expedit prorsus definir[e]
opinionem de immaculata conceptione

9\. Quamuis Pontifices et Concilia permiserint hactenus contrariam opinionem et d[...]
adhuc de hac re esse definitum, et ut neutri alteram dicant erroneam, heretic[am]
ut possit quisque sentire quod probabilius iudicauerit non sequitur sensisse [...]

illam eſſe in ſe probabilem, et in eo gradu in quo est cois ſed tantum permiſiſſe ut qui contrariam uolunt tenere quia iudicant eſſe probabilem id eis liceat eatenus ut alij non deant eos damnare. Del declararunt uerò satis animum suum ut ex dictis patet licet non definiuerint quod sentiant et pronuncient et celebrent immaculatam conceptionem prop.º instanti

10. Iam uerò tum propter scandala tum propter pericula indicata circa materiam fidei et circa Pontificij auctoritatem uidetur planè necessarium procedere ad definitionem de fide

11. Ex permiſſione hactenus facta non sequitur opinionem contrariam in se eſſe probabilem ut dictum est sicut quod olim non fuerint damnati tempore S. Cypriani qui baptizatos ab hereticis rebaptizabant, et tempore Honorij qui unicam uoluntatem in xpo dicebant et sic de alijs

12. Nec obstat quod non multo ante prodierit decretum S. Inquis. approbatum à Paulo V. tum quia ante illudmet anno precedente prodierat Bulla, tum quia cum sit dumtaxat decretum Inquisitionis quamuis approbatum, non habet eam firmitatem qua requiritur, et non uerentur quidam aduersarios sibi promitte[redacted] tollendum Papa mortuo tum quia ijdem iactant illud eſſe magis in fauorem suum: tum quia nouis emergentibus malis noua et efficaciora remedia neceſſaria sunt. tum quia Sixtus 4.tus intra breue tempus edidit tres Bullas quarum duę sunt in corpore Iuris. tum quia certum est tot constitutiones Pontificum et Concilij Tridentini adhuc non sufficiſſe. et adhuc maiora meritò timeri poſſe. Quare securis ad radicem mitti debet

13. Mirum autem uideri non debet si Rex Catholicus pro sua pietate et magna in S. V. deuotione suppliciter ardenter instanter petat. Nam et hoc fieri solet imò requiritur in Canonizatione Sanctorum, et exempla similia non desunt. Cum quidam Principes postularunt articulos quosdam definiri et in ampliſſima sua ditione incommoda grauiſſima experientur quę requirunt hoc remedium

14. Timeri non debet ne Heretici obijciant, si definiatur, Patrum consensum deeſſe. Nam p.º negat. eſſe talem consensum. 2.º quamuis multi contrarium sensiſſent preualet auctoritas Pont: ut patet in quibusdam scripturis quas definitum est canonicas eſſe quamuis plurimi ali

UNIVERSITARIA DE GRANADA

haberent pro apocryphis. 3°. quia audiens fortaſsis Rex Angliæ tractari ha
apud Pont: in Scotia iuſsit in confeſsione Aeretica poni articulum quod B.
nata erat in peccato originali

15. Pontifices damnarunt aſſerentes opinionem quod B.V. concepta non sit in peccat
esse hereticam erroneam temerariam et ita damnarunt ut definirent hui
esse falsas erroneas, et à ueritate alienas * Hinc sequitur non poſſe definiri
B.V. sit concepta in peccato originali, alioqui definiretur consequenter oppositum

* non autem uiciſsim idem dixerunt de illis qui aſſere rent opinionem quod B.V. sit concepta in peccato origl. esse hereticas et c. sed tantum prohibuit ne quis ita loquat. quia non dum est definitu

16. Modus definiendi et fundamenta ad id faciendum non desunt sicut in alijs
nominatim quod B.V. non peccauerit uenia liter. quod ultimum non aliter fecit
dignitatem maternitatis Dei quamuis non defecissent Patres qui contrarium
minoris profecto auctoritatis quam S. Thom:/ simile exemplum est de libris
Ecc.ª esse Canonicos Certè poterit non minor afferri ratio ad definiendu
nem immaculatam et negari nequit quin multo magis dedeceat origina
in quocunque et tanto magis in Dei matre, quam ueniale.

17. Esse hoc definibile supponunt omnes predicti constitutiones et petunt ut fiant o
Hispania et alia idque petierunt Card: Turre: et Caiet. quod autem expedi
tiones allatæ demonstrant

18. Non est eadem ratio de festis Assump: Natiu: Present. quia non fuerunt qui ue
in proposito, et non desunt ex Aduersarijs qui dicant Assumptionem esse tm
in Ecc.ª ut Caiet. Unde nisi definiatur de fide occasio erit multorum p
cum ut dictum est existiment non pauci ex Dnicanis errari poſse in canoni
bratione festorum

19. Videntur omnino aduersarij celebrando adhuc sub nomine sanctificationis fac
decreto Pauli V.ti quo prohibuit in actibus publicis aſſeri B.V. conceptam in
nullus enim actus magis publicus celebratione festi. Sanctificationis autem
in proposito, et apud illos, et apud alios accipitur ut distinguat conceptione
pro p.° instanti à Sanctitate post instans conceptionis. Unde Dnicani usi

in suis Breviarijs, et martyrologijs nomine Conceptionis de industria illud postea mutarerunt ob dictum finem ut sicut re, ita et nomine discreparent ab alijs

10. quod aliqui obijciunt rumores, et scandala iam inde ab aliquot annorum centurijs fuisse propter istam controversiam ut id circo nihil novi nunc sit neque opus novo remedio certè retorquet. validissimè cum duobus ab hinc annis Paulus V. bis super eadem re decreta ediderit et ante ipsum Pius V., Alex VI. Conc. Trid: Sixtus IV. et nihilominus malum magis creverit et prudenter timeri possit ne adhuc crescat

11. Cum iam Confessarius Regis Catholici ex ordine Dominicano factus sit supremus Inquisitor ex una parte laudanda Regis prudentia, et pietas tam dignæ personæ tantam dignitatem deferentis fiducia quoque in bonitate causæ quam tractat cui scit adversari ordinem Dominicanum ex alia verò timeri iure poterit nisi res de fide definiatur ne d. Confessarius Inquisitor pro auctoritate qua pollet saltem ex occasione quam Dnicani inde capient nociturus sit eidem causæ. Accedit quod in ordine Dominic. in Hisp. sunt ex præcipuis quibusque familijs ut propterea magis impunè hac in re negant meritò timeatur

12. Bellici porro motus retardare non debent, imò potius magis impellere ut ob delatum novum istum honorem B.V. pacem impetret, et maiore in illam devotione inflammatus populus xpianus id ab ea exoret. Urbanus ij. in Conc: Claromont. pro expeditione Terræ Stæ instituit officium B.V. in Sabbatis ut testatur Vinc. Bellovac. ex ord. Prædic. spec. hist. l. 25. c. 30. Antoninus 2. p. hist. tit. 16. c. 1. §. 23. Geneb. et alij chronolog. Inno IV. festo Nativitatis adiunxit octavam quia Celestino IV. mortuo vacaverat Sedes uno et 20 mensibus. et uo cum Cardles nuncupaverant de illa instituenda. Platina in Inn. IV. Durandus 7 ratim. c. 20. Ioã Beleth: in ration. Arnoldus Vuyon. 5. ligni vitæ c. 20. Ciaccon. in Inn. IV.

Paulus ij. anno 1464. cum mala innumera in orbe crevissent festum Præsentationis solemniter celebrari præcepit concessis indulgentijs. Spinellus trac. de festis B.V.

Urbanus VI. anno 1385. et Bonif. IX. 1389. festum Visitis instituerunt ad opem B.V. implorandam contra Schisma Baron. 2. Julij

Pulsus triplex in die ad salutandum B.V. institutus est ab Urbano ii. vel ab Honorio iii vel a

UNIV. BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Joanne xxij uel à Greg. ix. uel à Callixto iij. ad implorandam opem contra Turcas
ro. ex alijs et Angelus Rocca sacrista Papę comment. de campanis c. 10. qui refer
lib. 10. c. 11. auctore Ludo. xi. sese id factum obtinendę publicę pacis causa
tina refert de Calixt. iij. quando bellum gerebatur ad Bellogradum contra T

13. Ultimus decretum non excludit scribentes contra comunem opinionem, et patitur
cultates etiam apud Doctores utriusq. partis quibus uidetur occasiones et
inijcere ut experientia compertum est

14. Expediret ut Ill.mus Epus Carthaginensis haberet à Rege talem auctoritatem
negotia expedienda in Curia sciretur ipsius nomen magni fieri à Reg
rent iuste illa confici mouerentur ad fauendum negotio de Concep.

15. Viget opinio Regem non seriò et efficaciter uelle ac moueri dumtaxat a
foeminis affinibus suis. Quę opinio inde confirmatur quoniam tam in
decretum etiam ultimum Pontif. Dnicani loquant. in Hisp.

16. His quibus nomen Hispanus est inuisum uidetur durus quod ipso prop
urgente res ita perficiatur dicuntq. non decere Sedem aplicam ita f
ne detur exemplum alijs Principibus alia similia proponendi, et impo
quendo

17. Displicuisse etiam dicitur Iuramentus Neapol. factus auctore Prorege non
itaut uideatur agi res ui quadam et non cum debita submissione

18. Non refert quod Conc. Trid. et Pontifices adhuc non definierint

19. Non est opus Concilio ad definiendum

20. Non est timendus ne contrarium sentientes non obediant uel ne labantur in h